

SABBATO ANTE DOM. IN PASSIONE.

Ante Vesperas Cruces in Ecclesia et imagines cooperiantur.


AD VESPERAS.

Capitulum.

Jerem. 11.

Tu autem Dómine Sábaoth, qui júdicas juste, et probas renes et corda ⁊ vídeam últiónem tuam ex eis : tibi enim revelávi causam meam, Dómine Deus meus.

Respon-
sorium
viiij. toni.



MULTIPLICATI sunt qui tribu-lant me,
et di- cunt : Non est salus il-li in De-o ejus :
* Exsúrge Dómine, salvum me fac De-us
me- us. V. Nequándo dicat inimícus me- us :
Prævá-lu-i ad- vérsus e- um. * Exsúrge.

☘ In hoc Sabbato, et in Sabbato sequenti, si de Tempore fiat Officium, non dicatur Glória Patri. post Resp., sed facta post Versum resumptione reincipiatur Resp. usque ad Versum. Ad reinceptionem vero surgat Conventus.

☘ Si tamen festum Duplex aut Totum Duplex infra Hebdomadam Dominicæ in Passione primas Vesperas habuerit, non omittatur Glória Patri. in Responsorio festi.